Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Inauguralis Iuris Publici De Coexercitio, Sive Simultaneo Utriusque Romano-Catholicae Ac Evangelicae Religionis Exercitio Licito Ac Illicito

Schweder, Gabriel
Burgermeister von Deizisau, Gabriel Franz

Tubingae, 1727

VD18 11378891

[Widmungen]

urn:nbn:de:bsz:31-130851

Visual Library

QUæ ſimul eſſe queant, dum prodere, Sacra, laboras,
Prodis & Ingenii ſplendida Dona Tui;
Nos plauſu excipimus Studium hoc Inſigne, precantes,
Penſet id, ut largo fœnore, diva Themis.

Generoſiſſimo Nobiliſſimoque Domino Candidato ex affectu ſincero gratulante calamo ſcripſit

ERNESTUS THEOPHILUS MAJERUS, Cruſianus, U. J. D. & Pandect. Profeſſ. Publ. Ordinarius, p. t. RECTOR Univerſitatis.

HOc precor, Illuſtrem ut, mi BURGMEISTERE, Parentem,
Ut magnum exhibeas atque imiteris Avum,
Horum ut ſecteris merita & veſtigia calces,
Sic referes Studiis præmia ſumma tuis.
Jam verò laudi huic operam Te ponere dignam,
Hæc, quam defendis, pagina docta docet.

Nobiliſſimo Domino Reſpondenti honoris ergò gratulabundus poſuit

CHRISTOPH. MATTHÆUS PFAFFIUS, D. Cancellarius.

SI quemquam morum probitas doctrinaque præſtans
Ad magnos apices merito perducit honorum;
BURGMEISTERE! Tibi ſunt præmia digna parata.
Faxit, ut ad Votum ſuccedant omnia, Numen;
Noſtra ut vota queas longe exſuperare precamur,
Atque tuam Muſam eventu felice corones.

Nepoti ſuo Chariſſimo gratul. ex animo de feliciter abſoluto Studiorum Academ. curſu, & proſpera quæque in futurum porro apprecatur

PRÆSES.

PRæſidio ſub *Avi* celebris benè ſcripta tueri
Eſt honor: inde *Tibi* cuncta ſerena fluent.

De condigna auctioris honoris acceſſione gratulabundus adjecit

MICHAEL GRASS, D. P. P.

NOn benè conveniunt, nec ſede morantur in una
Relligio fallax, & genuina *ſimul*,
Aſt *Avus* atque *Nepos* ſi conſpiciuntur in una
Stare *ſimul* cathedra, quam benè conveniunt!

Hisce
Nobiliſſ. Dn. Candidato Reſpondenti, Affini atque
Fautori ſuo Honoratiſſimo,
applaudit
JACOBUS DAVIDES MOEGLING, D.
Jur. Canon. Prof. Publ. Ord.

CUr non applaudam, dum Carmina poſcis, Amice?
Succedant votis proſpera quæque tuis!

Gratulab. appoſ.
GEORG. FRID. HARPPRECHT, D.

PRæſide *Avo Illuſtri* Studia ac Merita ampla coronas!
Redde *Patrem* Praxi; Sors Tua ſplendida erit!

Nobiliſſimo Dn. Licentiato,
Fautori atque Affini Honoratiſſimo,
gratul.
ELIAS CAMERARIUS, D. P. P. C. A. W.

EGregii curſus ſtudiorum rite peracti
Hic, quem nunc monſtras, ultimus actus erit.
Nil igitur reſtat, meritos quam reddere plauſus:
Applaudo ex animo, & proſpera fata precor.

Nobiliſſimo Dn. Licentiato, Auditori quondam ſuo in aliquot
Collegiis perinduſtrio, Diſputatione hac inaug. ſtudiis
Academicis exoptatum finem imponenti gratulari voluit
JOH. EBERHARDUS ROESLER, Phil. Pract.
Prof. P. O. Duc. Stip. Ephorus.

DUm ſub AVO Magno Studiorum clauſula læta
Contigit ex Voto, gratulor inde TIBI.
PATRIS AVIque premas veſtigia, ſedulus ÆQUI
Sis Vindex ſemper, ſic benedictus eris.

Caſta

Casta mente DEUM cole, mundi retia rumpe,
Fac ea, quæ moriens facta fuisse velis.

Nobiliss. Dn. Candidato BURGERMEISTERO, Cognato suo & Amico dilectissimo, sponte currenti in stadio virtutum calcar addit, de feliciter ad finem perductis Studiis Academicis ex animo gratulatur, & omnigenam prosperitatem toto corde adprecatur

Consanguineus ac Confessionarius,
GEORGIUS CONRADUS PREGIZER,
SS. Theol. Historiæque Eccles. Profess.
Hon. & Verbi Divini Minister.

SIcce bonis iuuat artibus inuigilasse: labore
Quum recte functos laeta corona manet.

Nobilissimo Dn. Candidato, Auditori olim suo perindustrio, iam Fautori & Adfini honoratissimo, laetos laudatissimorum Studiorum fructus gratulatur, fata ad vota fluentia adprecatus,

IO. MICH. HALLWACHS, Hist. ac Eloq. P. P. Ord.

TErminum habet Cursus Studii cum laude peracti!
Applaudo, atque ingens auguror inde Decus.

Nobiliss. Dn. Licentiato, Affini suo Æstumatissimo, posuit

DAN. HOFFMANN, Prof. Med. Extr. Nat. Cur. Coll.

CUm tua quisque sciens summis merita ista coronet
Laudibus, adspergo non sine jure meas.
Compleat ex nostra & quorumvis mente bonorum
Spem de Te factam, quod facit, ipse DEUS.
Eximiis plane Studiis dudumque probatis
Moribus obtingant præmia digna Tuis.

Paucis hisce Prænobilissimo ac Doctissimo Domino Respondenti, Amitino suo suavissimo, de adepto Licentiati gradu applaudere voluit

Suus addictissimus,
J. G. SCHWEDER.

SIc Genus egregium doctos non spernit honores:
Sic Venus & Phœbus premia digna dabunt.

Hoc amicitiæ pignus dedit

ERNESTUS LUDOVICUS BUTTERSACK, J. U. Lt.
Cancellariæ & Supremi Dicasterii Würtemb. Advocatus.

Nobi-

NObilitas Generis, Studii, Virtutis & Artis,
BURGMEISTERE! Tibi fausta futura canunt.

Generoso atque Doctissimo Dn. Licentiato ita applaudit Ei addictissimus,

CHRISTOPH. DAVID GERLACH, S. J. A. W. A.

CUm Natalitiis artes conjungis, eodem
Æquo utrumque gradu, gratulor inde Tibi.

In Gratiam Dn. Respond. apposuit

G. A. RENZ, Adv. Opp.

DUm Tua se doctrina satis commendat ubique,
Jam Tibi felici par tribuendus honos.

Hisce Nobilissimo nec minus Doctissimo Dn. Contubernali singulariter dilecto gratulatur, atque sui commendat memoriam

HENR. SCHEINEMANN, Oppon.

AÏant bien employé le tems en la Jeunesse,
Vivez toûjours content & méme en la Viellesse.

Vous souvenant de

S. R. M.

AUjourd'hui l'on vous voit soûtenir à merveilles
Des Theses, qui vous font un veritable honneur:
Aïant bien employé le tems, vos soins & veilles,
Vous étes sur le bord du degré de Docteur.
Je vous en felicite & trés ardemment souhaite,
Que suivant, sans biaiser, le train de vos Ayeux,
Vous atteigniez bientôt de la Grandeur le faîte:
Agréez, s'il vous plait, les trés sinceres voeux

De vôtre tréshumble & trés devoué Serviteur,

JEAN CAUMONT.

FINIS.